

15
Q. D. B. V.
16

THESES IVRIS CRIMINALIS
DE
CAVSIS POENAM RAPINAE CAPITALEM
HAVD MITIGANTIBVS

1776 3

QVAS

PRAE SIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

IN AVDITORIO MAIORE

DIE XII. IANVAR. A. R. S. cīo iō CCLXXVI

P V B L I C E D E F F N D E T

CHRISTIANVS IOANNES GOTTHELF BENNEMANN

D V E N A - SAX.



VITEMBERGAE

IMPRESSIT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIUS



CHRISTIANUS IOACHIMUS GOTTFREDUS
CAROLUS BOEHMIUS LUDV. GALLIUS
HANS HICHEMUS

PRÆSIDU

CHRISTIANUS GOTTFREDUS
HOMMELIO D.

TIT. DE NERI SIMONIS ET LIPSIENSIS MUSICO
ET FACULTATIS SANATORIA

CHRISTIANUS IOACHIMUS GOTTFREDUS

ALLEGORIAS



D E

CAVSIS POENAM RAPINAE CAPITALEM
HAVD MITIGANTIBVS

Thesis I.



issensus iuris Romani ab institutis patriis,
maxime recentioribus, praeter alia et in de-
finienda rapina, eiusque poena obseruatur.
Ilo enim iure grassatores vltimo suppicio
non, nisi cum ferro aggredi et spoliare in-
stituerant, idque saepius atque in itineri-
bus publicis admiserant, sed damnatione ad matallum, vel
relegatione in insulam punitos fuisse, edocet CALLISTRA-
TVS in L. 28. §. 10. π. de Poenis. An vero CAROLVS V. in
NEMESI sua Art. CXXVI. in decernenda capitali poena ad
limites iuris Romani respexerit, et hinc poena gladii iu-
ris Carolini ex iure Romano aestimanda sit, anceps inter-
pretum est quaestio. Quam, cum CAROLVS V. in cit.
Art. ad ius commune Caesareum prouocet, et ob pertina-
cem illam priscorum Germanorum de rapinarum honesta-

■ ■ ■ ■ ■

te persuasionem, affirmat A LEYSER ad π. Spec. DXXXV. med. 22. seq. et Spec. DXXXIX. med. 6 et 7. Sed fortiori iure, cum haec prouocatio ad Ius Caesareum nec in CONSTITUTIONE CRIMINALI BAMBERGENSI, nec BRANDENBURGICA reperiatur, sed indistincte in his sanctionibus, sicut in ipsa C A R O L I N A Articulo antec. CXIX. absque mentione alicuius iuris, raptoribus capitis poena irrogetur, deinde non constet, anne Imperator per ius commune Caesareum constitutiones Imperatorum Germanicorum deceſſorum antea iam latas intellexerit, tum verba finalia: *doch am Leben*, feriam voluntatem de raptoribus abſciffe e me-
dio tollendis euincant, et omnem dubitationem tollant, ne-
gantium KRESSII in Comment. ad CCC. Art. CXXVI. §. 1.
num. 1. HEINECII Elem. Iur. German. Lib. II. c. 76. KO-
CHII in Institut. Iur. Crim. Lib. II. c. 7. §. 248. not. BOEH-
MERI in Meditationibus ad CCC. Art. CXXVI. §. 8. senten-
tiae ſubſcribendum eſſe putamus. Saxones quoque, qui
rapinae indolem in rei alienae mobilis animo lucri facien-
di per vim personae, absque interpellatione, illatam abla-
tionē collocant, hoc crimen, ob atrocitatem, non ubique
feruatis iuris Romani antea laudatis requisitis, gladio, IVS
PROV. SAX. Lib. II. Art. 13. Add. IVS PROV. SVEVIC.
cap. CXIV. CONSTIT. ELECT. SAX. 35. Part. IV.
et ex vetusta obſeruantia cadaueris rota impositione,
CARPZOV. Praet. Crim. Quaest. XC. num. 12. seq. nec
non si cum furto qualificato coniunctum, ex EDICTO

ad

ad Dicasteria lato d. d. 27. April. 1762. CONT. COD.
AVG. Tom. I. pag. 403. coadunatis hominibus, magna-
que violentia perpetratum, rota, violentia minori, laqueo,
sociis vero non adhibitis, gladio, addita exacerbatione,
vt corpus rotae imponatur, animaduerterunt.

Thes̄is II.

Cum crimen rapinae non omni ex parte ex regulis fur-
ti, sed iure hodierno hoc tanto grauius ob pacis et secu-
ritatis publicae atque domesticae violationem aestimetur,
intellectu facile est, cur potissimae causae, quae ad tem-
perandam furti poenam facere possunt, hoc crimine com-
missio exulent. Quare non mitius cum raptore, qui rem
minimam saltem eripuit, aut rem raptam in continentि
restituit, aut cum laeso transegit, aut delictum ante re-
sponsionem ad articulos inquisitionales confitetur, aut pri-
ma saltem vice, aut solus hoc crimen perpetrauit, agen-
dum est. **M A N D A T.** de an. 1719. et de an. 1753. **CONT.**
COD. **AVG.** Tom. I. pag. 800. **Add.** **CARPZOV.** **Pract.**
Crim. **Quaest.** XC. num. 43. seqq. **B E R G E R** in **Elect.**
Criminal. cap. II. membr. I. Thes. 23.

Thes̄is III.

Qquamvis poena rapinae capitalis non obtineat, si quis
depraedatur eum, a quo ante fuit spoliatus et offensus, si
quidem iustus dolor, accursu inimici resuscitatus, mirifice



illi prodest, hoc tamen CARPZOVIVS in Praet. Criminal. Quaest. XCI. num. 43. seqq. erronee extendit ad eum, qui a tertio spoliatus in alium innocentem rapinam committit. KRESS. ad CCC. Art. CXXVI. §. 5. n. 6. BOEHMER Meditat. ad CCC. Art. cit. §. 11.

Theſis III.

A poena mortis liberatur quidem praedator, si in bannitos, proscriptos et famosissimos latrones, cum his securitas publica non aequa est parta, ac quidem aliis, rapinam exercet, KRESS. ad CCC. Art. CXXVI. §. 5. n. 5. et STRYCK. Tr. de *damno rebus alienis licite dato* cap. IV. §. 46. sed iustum defensionis causam haud praebet, si Christianus Iudeum depraedatur, aut Synagogos Iudeorum rapinis expilat. MYLLI enim ad BEYERI Delin. Iur. Crimin. CCC. Art. CXXVI. pos. 17. secus sententis opinio nec ex L. 6. C. de Pagan. nec alio iuris fundamento defendi potest. Iudei enim, quam diu in territorio tolerantur, et iurium publicorum, quibus pax publica accensenda, participes sunt. HEINECC. Elem. Iur. German. Lib. II. §. 79.* BOEHMER in Iur. Eccles. Protest. Lib. V. Tit. VII. §. 220. CASP. ZIEGLER. Disp. de *Iuribus Iudeorum* cap. IV. §. 33. CHR. WILDVOGEL, de *Iudeorum receptione et tolerantia*. IOH. VLR. L. B. CRAMER. *rechtliche Ausführung*, daß die Schutzjuden in Teutschland zwar in ciuitate, aber nicht de ciuitate sind; in ejus Nebenstunden Part. III.

The-

Theſis V.

Permutatio vi praesertim ablutiua facta ordinario de praedationis supplicio ita est vindicanda, vt necesse non sit, respicere ad aequalitatem, vel inaequalitatem rerum permutatarum. Satis est, si in vi adhibita animus lucri faciendi appareat. Nec obstat Paroemia germanica: *Tausch ist kein Raub*, nec dissentientium CARPZOVII Pract. Crim. Quaest. XCI. num. 13. STRYCKII Vſu Moder. Tit. de Vi bonor. rapt. §. 6. KRESS II loc. cit. §. 4. n. 2. BERGERI in Eleet. Criminal. loc. cit. HEINECCI Element. Iur. Germ. Lib. II. §. 77. ENGAVII Elem. Iur. Crim. Lib. I. §. 141. argumenta solido nituntur fundamento. Lucrum vero a raptore speratum non praeceſe debet esse pecuniarium, imaginaria vtilitas captata iam ſufficit. Hinc violenta vſtimentorum permutatio, eum in finem tantum facta, ne delinquens ab aliis detegatur et ad iudicem trahatur, a capitis poena non liberat. Iung LEYSER. ad π. Spec. DLXXXV, med. vlt. Et ILL. G. F. KRAVS. in Disp. de Poen. Rapi- nae eius maxime, quae permutoando fit in Saxonia f. 8. seqq. BOEHMER. in Meditat. ad CCC. Art. CXXVI. §. 12.

Theſis VI.

Nec poena rapinae capitalis lenienda est, si vis personae illata ab inermi, cum manus ſaepe vicem validiorum armorum ſubeunt. BEYER in Delin. ad CCC. Art. CXXVI. pos. V. aut a femina MYLIVS ad BEYER. loc. cit. pos. XII. aut ob vim non adeo vehementem adhibitat. BOEH-

MER



MER in Elem. Iurispr. Crim. Se^t. II. §. 156. ILL. KRAVS. cit. Disp. §. 21. Ita et pronuntiauit Facultas Iurid. Lips. teste ILL. HOMMELIO in Rhaps. Iur. obs. 412. quamvis IPSE contra sentiat. Hinc si quis lucri causa v. g. in via publica pileum alteri, sed resistenti, detrahit, seque cum illo proripit, ab ultimo supplicio absoluendus haud est. Ceterum hic a nobis non recedit KRESS. ad CCC. cit. loc. §. 4. n. 1. et ILL. HOMMEL. in Rhaps. obs. 138. iuncta obs. 412. cum in propositis speciebus magis astus, quam vis fuisset applicata.

Thefis VII.

Audiendi non sunt raptorum defensores cum CLASSENIO ad CCC. laud. Art. CXXVI. HEIL. in Iud. et Defens. cap. VI. §. 36. ENGAV. Elem. Iur. Crim. Lib. I. §. 141. seq. ILL. HOMMEL. in Rhaps. Iur. obs. 101. et obs. 412. qui rapinam ex loco iure quoque hodierno aestimant, et ad viam publicam tantum restringunt, si ea morte vindicetur. Nam nec SANCTIO CAROLINA, nec LEX SAXONICA, cum indefinite derer Räuber, non Strafan-Räuber mentio fit, nec ratio solida, ob aequalem securitatem vrbibus, pagis et cuiuis domicilio partam, hanc restrictionem comprobat. Arg. L. 18. et 21. π. de in ius vocand. Conf. KRESS. loc. cit. §. 3. * HEINECC. Element. Iur. Germ. Lib. II. §. 77. LEYSER. ad π. Spec. DXXXIX. corol. 2. Quod reliquum est, si non impetus fit in personam, sed vis infertur aedibus tantum, rapina plane non est, quicquid in contrariam docere videatur MYLIVS ad BEYER. loc. cit. pos. XI. et KRESS. loc. laud. §. 4. num. 3.

* ☈ *

Wittenberg, Diss., 1774-76

ULB Halle
004 335 880


3



f

5b.





Q. D. B. V.

THESES IVRIS CRIMINALIS

D E

CAVSIS POENAM RAPINAE CAPITALEM
HAVD MITIGANTIBVS

QVAS

P R A E S I D E

R. 135/
CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

IN AVDITORIO MAIORE

DIE XII. JANVAR. A. R. S. cIc Ic CC LXXVI

P V B L I C E D E F F N D E T

CHRISTIANVS IOANNES GOTTHELF BENNEMANN

D V B E N A - S A X .

VITEMBERGAE

IMPRESSIT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIUS

